Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stultifera navis

Brant, Sebastian

Paris, 1498

Ordo angelici Herachie

urn:nbn:de:bsz:31-65093

Visual Library

ꝙ inordinatio cauſa fuerit deſtructionis oīm rerum.

Stultorum ingentes culpauimus hactenus auſus
Et ſtudia/et mores/interituſꝗ graues:
Qui cymbas/lintres/parcas/ſtlataſꝗ/liburna
Merſere/et gaulos/proſumiaſꝗ/mari.
Corbita non illos/horia/aut myaparo/phaſelus
Tutari/aut celox:nec potuere rates.
ꝙ ſi ſędulius cauſas fortaſſe pericli — Cauſa uni
Scrutemur:laqueos interituſꝗ ſui: — uerſalis pe
Perſpicimus cunctos ſine lege atꝗ ordine/remos — riculi.
Traxiſſe:& uelis non poſuiſſe modum
Atꝗ ideo in Scyllā/Syrtes/breuia/atꝗ charybdim
Vortice detruſos:naufragiumꝗ pati.
E quibus/in ſumma/repetendo ab origine ſtultos
Inuenio cunctos hoc periiſſe modo: — Oſee.Vi.
ꝙ prętergreſſi legemꝗ modumꝗ/uiamꝗ — &.Viii.
Quam deus & rerum dictitat ordo decens. — Hier.xxxi.
Omnia quę in celo/aut terris/uel in ęquore uiuunt: — Iob.xxx/
Ordine ſeruantur:ſtantꝗ uigentꝗ ſuo — Viii.
Quem ſi deſtituant:ſi uiuere in ordine ceſſent: — Iudicū.V.
Continuo intereunt/in nihilumꝗ ruunt. — Ordīatiōe
Ordine ni firmo ſtarent elementa/perirent: — tua pſeue/
Ordinem habēt certum/tempus/ & hora/ſuūm. — rant dies.
Ordo eſt naſcendi:& uitę certiſſimus ordo: — Pſa.cxViii
Eſtꝗ ſuum mortis tempus/& ordo placens. — Eccle.iii.
Ordinis hęc uirtus:ut certa lege modoꝗ — i.ad corin.
Cuncta gubernentur:ſubpeditata deo. — xiiii.&.xV
Atꝗ ut quiſꝗ minor/maiorem obſeruet:& illi — Ad Ro.x.
pareat:atꝗ libens iuſſa petita ferat. — De cēſ.ois

Ordo angelice Jerarchie. — aīa.

Hunc primum inſtituit rerum pater atꝗ creator
Ordine dum poſuit quęꝗ creata bono.

Ad Hebre.ii.	Principio per eum dum condere cuncta parabat
De pe. diſ.ii.c.	Spiritibus ſuperis ordo modoſqꝫ datur.
principium.	Ipſi etiam inter ſe certa ſtatione/choriſqꝫ
Iob.iiii.&.xV.	Cęlicolę ſtarent:maior is:ille minor.
De pe.diſt.ii.	Mox ſed in angelica ſenſit deus ipſe ruinam
hinc etiam.	Natura:ęqualis dum cupit eſſe deo.
De ſum.tri.c.i.	Sic bonus ille prius dęmon: mox ordine rupto
Math.xxV.	Dum caput abiecit:truſus ad ima ruit.
ii.Petri.ii.	**Ordo humani generis.**
Eccle.xVii.	At reparare uolens lapſum deus optimus illum
Geñ.ii.	Condidit humanum/conſtituitqꝫ genus.
De pe.diſt.ii.	Inqꝫ uoluptatis paradyſum deputat illud:
primus homo	Ordine dum certo uiueret/atqꝫ modo:
ii.Mach.ix.	Vt caput agnoſcens ſummum:pręcepta ſequēdo
i.Corint.xV.	Illius:ipſe feris rex foret atqꝫ caput
Pſal.Viii.	Omnia ſubiiciens hoīs quoqꝫ ſub pede:ſaltem
Ad Hebre.ii.	Se quoqꝫ ſubiectum noſceret eſſe deo.
Gene.iii.	Indoluit ſed enim deſertor tranſfuga dęmon:
De pe.diſt.ii.	Inqꝫ ſuum inuidit poſſe hoīem ire locum:
princeps.	Protinus ut caderet ꝓthoplauſtus ab ordine iuſſo
dā.ii.Corin.xi	Suadet:ut excuteret frena iugumqꝫ docet.
De pe.diſt.ii.a	Sic heu prime parens:uix ſex tua regna per horas
xl.diſ.quelibꝫ.	Integra ſeruabas:pulſus ab inde cito.
& c.adam.	Quoqꝫ die primum factus:rebuſqꝫ creatis
l.diſ.in capite.	Pręfectus:regis nomen habere ſinis.
Gene.iii.	Vtqꝫ tuo panem quęras ſudore:labori
i.Corint.xiiii.	Subderis aſſiduo:perpetuoqꝫ iugo.
De pe.diſ.ii.	Cauſa fuit:recto quia cędis ab ordine:nec uis
rurſus.	Subditus eſſe deo:ſpernis habere caput.
Luce.x.	Sic factum:ut Sathanam cęlum retinere nequiuit:
Ezech.xViii.	Nec paradyſus Adam:ſed mox uterqꝫ ruit.

Ordo regni uniuerſalis.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg